



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Cæremoniale FF. Minorum Strictioris Observantiæ Almæ  
Provinciæ Saxoniæ S. Crucis**

**Sächsische Franziskanerprovinz vom Heiligen Kreuz**

**Nevhsii, 1706**

**VD18 10502327**

Titulus X. De Epistola, Graduali, Alleluja, Tractu ac Evang.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71672](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71672)

da præscribitur, v. g. tempore belli, pestis, &c. tunc illa juxta GAV. loco 3<sup>tiæ</sup> ad libitum, si talis illo tempore legitur, ponenda, vel 4<sup>to</sup> loco addenda per modum Commemorationis. Sacra tamen rituum Congregatio in festis imæ classis prædictam orationem, etiam in Missis privatis, omitti decernit.

## TITULUS X.

*De Epistola, Graduali, Alleluia, Tractu  
ac Evangelio.*

**T**otus Titulus clarus est, solum nota, quod habetur n. 6. in fine Evangelii à Ministro respondetur: *Laus tibi Christe, quod etiam dicitur in fine illius partis Passionis, quæ legitur in tono Evangelii, præterquam in Parasceve.*

## TITULUS XI.

*De Symbolo.*

**I**n festis principalibus Ordinum, & per eorum Octavas dicitur Credo. Propter hanc rubricam in festo S. Dominici, quod modo numeratur inter festa principalia Ordinis, & per illius Octavam, adeoque in festo S. Laurentii, dicendum est Credo.

Ibid. In Ecclesiis tantum illius Ordinis: ex hac rubrica non obscure confirmatur sententia GAVANTI, quod in aliis Ecclesiis suis obligatus re conformare loco: ut supra titulo 8<sup>vo</sup> dictum: unde si quis in festo S. Laurentii, Bernardini, Petri de Alcantara, aliisque secundum ordinem Missalis Romani non habentibus Symbolum, in aliis Ecclesiis celebraret, omittendum erit.

In Vigiliis de quibus infra Octavas habentes Symbolum dicenda est